

Sapientia

faciatis dilectas. donec ipsa velit. Que est ista q̄ ascendit de deserto delictis as-
fluens. inuixa sup dilectū suū? Sub ar-
lore malo suscitauit te. Ibi corrupta est
mater tua. ibi violata est genitrix tua.
Pone me vt signaculū sup cor tuū: vt
signaculū sup brachiū tuū qz fortis est
vt mors dilectio. dura sicut infernus
emulatio. Lampades ei? vt lampades
ignis atq; flammaz. Aque multe nō po-
tuerūt extinguere charitatē. nec flumi-
na obruent illā. Si cederit homo oēm
substantiā domus sue p dilectōe: quasi
nihil respiciet eam. Soror nra parua
et vbera nō habet. Quid facemus so-
rori nostre: in die qm̄ alloquēda est? Si
murus est edificemus super eum ppu-
gnacula argentea. Si ostiū est: ppinga-
mus illud tabulis cedrinis. Ego mu-
rus. et vbera mea sicut turr̄ is ex quo fa-
cta sum corā eo quasi pacē repiens. Ci-
nea fuit pacifico. in ea que habet ppos.
Tradidit eam custodib; vir affert pro
fructu ei? mille argēteos. Clinea mea
corā me est. Nille tui pacifici ⁊ ducen-
ti his qui custodiūt fructus eius. Que
habitas in hortis. amici auscultant fac-
me audire vocē tuā. Fuge dilecte mi et
assimilare capree hinnuloq; ceruorum
super montes aromatum.

Explicunt cantica canticorum.

Incipit prologus in librū Sapientie.

Iber sapie apud hebreos
nuscq; est. Un̄ et ipse stilus
grecam magis eloquenti-
am redolet. Hunc iudei
Philonis esse affirmant.

Qui p inde sapientie nominatur. qz in
eo christi aduentus qui est sapientia pa-
tris. ⁊ passio eius euidenter exprimitur.

Explicit prologus. Incipit
liber Sapientie. Caplm I

Fligite

iusticia q̄ iudi-
cat; terrā. Sē-
tite de dño i lo-
nitate ⁊ simpli-
citate cordis q̄
rite illū: qm̄ in-
uenitur ab his
q̄ non tentant

illum: apparet aut̄ eis qui fidem habēt
in illum. Peruerse enī cogitatōnes se-
parant a deo: probata aut̄ virtus corri-
pit insipientes. Qm̄ in maliuolā aiām
nō introibit sapientia: nec habitabit in
corpe subdito peccatis. Spūs enī san-
ctus discipline effugiet fictum. et aufe-
ret se a cogitatōib; que sunt sine intel-
lectu. et corripietur a supueniente ini-
quitate. Benignus est enī spūs sapien-
tie ⁊ nō liberabit maledictū a labijs su-
is: qm̄ renū illius testis est deus. et cor-
dis illius scrutator est verus. et lingue
eius auditor. Qm̄ spūs dñi repleuit
orbem terraz. et hoc qd̄ p̄tinet oīa scien-
tiam habet vocis. Propter hoc qui loq̄-
tur iniqua nō p̄t latere: nec p̄teriet il-
lum corriprensus iudiciū. In cogitatōib;
enim impij interrogatio erit: ser-
monum aut̄ illius traditio ad deum ve-
niet ad correptionē iniquitatum illius.
Qm̄ auris celi audit omnia. et tumul-
tus murmuratiōnū non abscondetur.
Custodite ergo vos a murmuratiōne
que nihil prodest. et a detractōne par-
cite lingue. Qm̄ sermo obscurus in va-
cuum non ibit: os aut̄ qd̄ mentitur oc-
cidit aiām. Nolite celare mortē in erro-
re vite v̄e: neq; acquiratis pditionem
in operibus manuum v̄eaz. Qm̄ deus
mortem nō fecit: nec letatur in pditio-
ne viuoz. Creatis enim vt essent oīa.
et sanabiles fecit nationes orbis terra-
rum. et non est in illis medicamentuz
exterminij. nec inferoz regnum in ter-
ra. Iusticia enī p̄petua est ⁊ immortal:
iniusticia aut̄ mortis acquisitio. Impij
aut̄ manib; ⁊ verbis accersierunt illam

et estimantes illā amicam. defluerunt
et sponsiones posuerunt ad illā: quā mor-
te digni sunt quā sunt ex parte illius. **II**

Iterunt enim impij: cogitantes
apud se nō recte. Exiguū et cū
tedio est tps vite nre. et nō est
refrigeriū in fine hoīs et nō est qui agni-
tus sit reuersus ab inferis. Quia ex ni-
hilo nati sumus. et post hoc erimus tā-
quā non fuerimus. Quā sumus afflatus
est in naribz nris. et sermo scintille ad cō-
mouendū cor nrm. Quia extinctus ci-
nis erit corpus nrm. et spūs diffundet
tanquā mollis aer. Et transibit vita nra
tanquā vestigiū nubis. et sicut nebula dis-
soluet. quā fugata est a radijs solis. et a ca-
lore illius aggrauata. Et nomē nrm ob-
liuionē accipiet p tps et nemo memoriā
habebit operū nroz. Umbre enim trāsit
est tps nrm. et nō est reuersio finis nri
quā signata est et nemo reuertit. Veni-
te igitur et fruamur bonis quā sunt. et vramur
creatura tanquā in iuuetute celeriter. Uti
no p̄cioso et vnguetis nos impleamus
et nō p̄treat nos flos t̄pis. Coronemur
nos rolis at̄que marcescāt: nullū p̄ratū
sit quōd nō p̄transseat luxuria nra. Nemo
v̄m exors sit luxurie nre. Ubiqz relinq̄-
mus signa leticie: quā hec est ps nra. et
hec est toz nra. Opprimamus paupes
iustū. et nō p̄camus vidue nec veterano
nec reuereamur canos multi t̄pis. Sic
autē fortitudo nra lex iniusticie. Quōd enim
infirmū est inutile inuenit. Circūueni-
am? igitur iustū quā inutilis est nob. et prius
est opibz nris et improp̄erat nobis p̄cā
legis. et diffamat in nos p̄cā discipline
nre. Promittit se scientiā dei h̄re et fili-
um dei se noiat. Fcūs est nobis in tra-
ductionē cogitationū nraz. Grauis est
nobis etiā ad videndū: quā dissimilis ē
alijs vita illius. et immutate sunt vie
eius. Tanquā nugaces estimati sumus
ab illo et abstinet se a v̄ijs nris tanquā ab
immūdicis: et p̄fert nouissima iustozū:
et gloria p̄rem se h̄re teū. Videamus
ergo si sermones illius veri sint. et ten-
temus que ventura sunt illi. et sciemus

que erūt nouissima illius. Si enim est ve-
rus filius dei suscipiet illū et liberabit il-
lū de manibz p̄tratorū. Contumelia et
tormento interrogemus eū: vt sciamus
reuerentiā eius et p̄bemus patientiā il-
lius. Nozre turpissima cōdemnemus
eū. Erit enim ei respectus ex sermonibz il-
lius. Hec cogitauerūt et errauerūt: exce-
cavit enim illos malicia eoz. Et nesciēt
sacramēta dei neqz mercedē sperauerūt
iusticie. nec iudicauerūt honorem aīaz
scāz: Quā deus creauit hoīem inexter-
minabile et ad imaginē similitudinis sue
fecit illū. Inuidia autē diaboli mors in-
trouit in orbem terraz: amiratur autē il-
lum qui su. et ex parte illius. **III**

Illoz autē anime in manu dei
sunt. et nō tanget illos tormē-
tū mortis. Uti sunt oculis in-
sipientiū mozi. et estimata est afflictio
exitus illoz. Et ab itinere iusto abierūt
in exterminū. et quā a nobis est iter exteri-
minij: illi autē sunt in pace. Et si corā ho-
minibz tormēta passi sunt: spes illoz in
mortalitate plena est. In paucis verati
in multis bñ disponēt: quā deus tenta-
uit eos. et inuenit eos dignos se. Tan-
quā aurū in fornace p̄bauit illos. et quasi
holocausti hostiaz accepit illos. et in tpe
erit respectus illoz. Fulgebunt iusti et
tanquā scintille in arundineto discurtēt.
Iudicabūt natōes. et dñabuntur plis
et regnabit dñs illoz in perpetuū. Qui
p̄fidūt in illo intelligent veritatē: et fi-
deles in dilectōe acquiescēt illi: quā do-
num et pax est electis eius. Impij autē
qm̄ que cogitauerūt correptionē habebunt:
qui neglexerunt iustum a domi-
no recesserunt. Sapientiam enim et dis-
ciplinā qui abijcit infelix est. et vacua
est spes illoz. et labores sine fructu et in-
utilia opa eozum. Mulieres eoz insen-
sate sunt et nequissimi filij illoz. Mas-
ledicta creatura eozum quā felix est ster-
ilis et incoquinata: que nesciuit tho-
rum in delicto. Habebit fructum in re-
spectione animarum sanctaz. Et spado
qui non operatus est per manus suas

Sapientia

iniquitate: nec cogitauit aduersus deū
nequissima. Dabit enim illi fidei donum
electū. et fors in tēplo dei acceptissima.
Bonorum enim laborum gloriosus est fructus et
que non cōcidat radix sapiētie. Filij autē
adulterorum in cōsummatione erūt et ab
iniquo thoro semē exterminabitur. Et
si quidē lōge vite erūt. in nihilū cōpu/
tabuntur. et sine honore erit nouissima
senectus illorum. Et si celerius defuncti
fuerint. nō habebūt spem nec in die agni/
tionis allocutionē. Nationes enim iniqui/
tate sunt cōsummationis. **III**

Quā pulchra est casta generatō
o cū claritate. Immortalis ē ei
memoria illius: quā et apud de
um nota est et apud homines. Cum pñs ē
imitant illā. et desiderant eam cum se
eduxerit. et in perpetuū coronata trium/
phat. incoquinatoꝝ certaminū pmi/
um vincens. Multigena autē impioꝝ
multitudo nō erit utilis. et spuria vitu/
lamina nō dabūt radices altas: nec sta/
bile firmamentū collocabunt. Et si in
ramis in tpe germinauerint. infirmiter
posita a vento cōmouebunt. et a nimie/
tate ventoz eradicabunt. Cōstringent
eum rami incōsummati. et fructus illo/
rum inutiles et acerbi ad manducandū
et ad nihilū apti. Ex iniquis enim oēs fi/
lij quī nascuntur testes sunt nequie aduer/
sus patres in interrogatōne sua. Iu/
stus autē si morte pōcupatus fuerit in
refrigerio erit. Senectus enim venerabi/
lis est. nō diuturna: neque annoz nume/
ro cōputata. Lani autē sunt senectus ho/
minis. et etas senectutis vita immacu/
lata. Placēs deo factus dilectus et vi/
uēs inter peccatores translatus est. Rap/
ptus est ne malitia mutaret intellectū
eius. aut ne fictio deciperet aīaz illius.
Fascinatō enim nugacitatis obscurat bo/
na et incōstantia occupatōne trasuertit
sensum sine malitia. Cōsummatas in
breui expleuit tpa multa. Placita enim
erat deo aīa illi. ppter hoc pperauit edu/
cere illū de medio iniquitatum. Populi
autē vidētes et nō intelligentes nec po

nētes in precordiis talia: quā gratia dei
et misericordia est in sanctos eius. et re/
spectus super electos illius. Cōdemnat
autē iustus mortuos viuos impios. et
inuentus celerius cōsummata longaz
vitā iniusti. Glidebunt enim sine sapie/
tis et nō intelligent quid cogitauerit de
illo deus. et quare minuerit illū dñs.
Glidebunt enim et cōtemnēt eum: illos
autē deus iridebit. Et erunt post hec de/
cedentes sine honore. et in cōtumelia
inter mortuos in perpetuū. Quā dirūpic
illos inflatos sine voce. et cōmouebit il/
los a fundamentis. et vsq; ad supremū
desolabunt. Et erūt gemētes et memo/
ria illoz periet. Clemet in cogitatione
peccatoꝝ suoz timidi. et traducēt illos
ex aduerso iniquitates ipoz. **V**

Uinc stabūt iusti in magna cō/
stantia aduersus eos qui se an/
gustauerūt. et quī abstulerūt la/
bores eoz. Glidētes turbabunt timore
horribili. et mirabuntur in subitatione
inspirate salutis gemētes pte angustia
spūs dicētes intra se: penitentiā agen/
tes et pte angustia spiritus gemētes.
Hi sunt quos habuimus aliquādo in/
teritum et similitudinē improperij nos
insensati vitam illoꝝ etiam abamus
insania. et sine illoꝝ sine honore. Ecce
quō cōputati sunt inter filios dei. et in/
ter sanctos fors illoꝝ est. Ergo errauim/
us a via veritatis. et iusticie lumē nō
luxit nobis. et sol intelligētie nō est or/
tus nobis. Lassati sumus in via iniqui/
tatis et pditionis et ambulauim⁹ vias
difficiles: viam autē domini ignorauim⁹
mus. Quid nobis pfit supbia aut di/
uitiarū iactantia quid contulit nobis.
transierunt omnia illa tanq; ymbra et
tanq; nūcius pcurres. Et tanq; nauis
quī ptransit fluctuantē aquā cuius cū p/
terierit nō est vestigiū inuenire. neque se/
mitam carine illius in fluctibus: aut auis/
que transuolat in aere cuius nullū in/
uenitur argumentum itineris illius:
sed tantū sonitus alarū verberans leuē
ventum. et scandens per vim itineris

aerē. cōmotis alis transuolauit. et post
hoc nullū signū inuenit itineris illius;
aut tanq̄ sagitta emissum in locū desti-
natū: diuisus aer continuo in se reclusus
est: vt ignoret trāsitus illius: sic et nos
nati cōtinuo desimimus esse. et virtutis
quidē nullū signū valimus ostēdere
in malignitate aut nostra cōsumpti su-
mus. Talia dixerūt in inferno hi q̄ pec-
cauerūt. qm̄ spes impij tanq̄ lanugo ē
que a vento tollit: et tanq̄ spuma graci-
lis q̄ a pcella dispigit: et tanq̄ fumus q̄
a vento diffusus est. et tanq̄ memoria
hospitis vnius diei p̄tereuntis. Iusti
aut in p̄petuū viuēt. et apud dñm est
merces eoz: et cogitatio illoz apud al-
tissimū. Ideo accipiet regnū decoris et
diadema speciei de manu dñi: qm̄ dexte-
ra sua teget eos: et in brachio sancto suo
defendet illos. Et accipiet armaturam
celus illius: et armabit creaturā ad v-
tionē inimicōz. Induet p̄ thorace iusti-
ciam: et accipiet p̄ galea iudiciū certū.
Sumet scutū inexpugnabile equita-
tem: acuet aut virā irā in lanceā: et pu-
gnabit cū illo orbis terrarū cōtra insen-
satos. Ibiūt directe emissiones fulgur
et tanq̄ a bene curuato arcu nubiu ex-
terminabunt: et ad certū locū insiliēt.
Et a perrosa ira plene mittent grand-
ines et scādescent in illos aqua maris: et
flumina cōcurrēt duriter. Cōtra illos
stabit spūs virtutis. et tanq̄ turbo ven-
ti diuidet illos et ad heremū p̄ducat oēs
terrā iniquitatis illoz: et malignitas euet-
tet sedes potentū.

VI

Eliz est sapiētia q̄ vires: et vir-
m prudens q̄ fortis. Audite ergo
reges et intelligite: discite iudi-
ces finiu terre. Prebete aures vos q̄ cō-
tinetis multitudines et placetis vobis
in turbis nationuz: qm̄ data est a dño
potestas vobis. et virtus ab altissimo. q̄
interrogabit opa v̄ra et cogitatōes scru-
tabit: qm̄ cū essetis ministri regni illius
nō recte iudicastis nec custodistis legē
iusticie: neq̄ p̄m voluntatē dei ambula-
stis. Horrede et cito apparebit vob: qm̄

iudiciū durissimū in his qui p̄sunt fiet
Exiguo enī cōcedit misericordia. poten-
tes aut potēter tormēta patient. Non
enim subtrahet p̄sonā cuiusq̄ deus qui
est omniū dñator. nec crebit magnitu-
dinē cuiusq̄: quoniā pusillū et magnū
ip̄e fecit: et equaliter est illi cura de om-
nibus. Fortioribus aut fortior instat
cruciatio. Ad vos ergo reges sunt hi ser-
mones mei: vt discatis sapiētiam et ne
excidatis. Qui enim custodierint iusti-
ciam iuste iudicabunt. et qui didicerint
iusta: inueniēt quid respondeāt. Cōcu-
piscite ergo sermones meos et diligite
illos: et habebitis disciplinam. Clara ē
et que nunq̄ marcessit sapiētia: et fa-
cile videt ab his qui diligūt eam: et in-
uenitur ab his qui querūt illam. Pre-
occupat qui se cōcupiscūt. vt illis lepri-
or ostēdat. Qui de luce vigilauerit ad il-
lam nō laborabit: assidentē enī illā fori-
bus suis inueniet. Cogitare ergo de il-
la sensus est cōsummatus. et q̄ vigila-
uerit p̄pter illā: cito erit securus. Qm̄
dignos se circūit ip̄a querēs: et in v̄ijs
suis ostendet se illis hilariter: et in oī p-
uidentia occurret illis. Initiū enī illi-
verissima est discipline concupiscentia.
Cura ergo discipline dilectio est: et di-
lectio custodia legū illius est. Custodi-
tio autem legū cōsummatio incorru-
ptionis est: an corruptio aut facit esse p-
ximū deo. Cōcupiscentia itaq̄ sapiētie
deducit ad regnū perpetuū. Si ergo de-
lectamini sedib et scēptis o reges po-
puli. diligite sapiētiam vt in perpetu-
um regnetis. Diligite lumen sapien-
tie: oēs qui pestis populis. Quid est au-
tem sapiētia et quemadmodū facta sit
referā. et nō abscondā a vobis sacramē-
ta dei: sed ab initio natiuitatis inuesti-
gabo. et ponā in lucē scientiam illius. et
nō p̄teribo veritatem. neq̄ cum inuidia
tabescente iter habebō. quoniam talis
homo non erit particeps sapiētie. Mul-
titudō autem sapiētium sanitas est
orbis terrarum. et rex sapiens populi
stabilimentuz est. Ergo accipite disci-

Sapientia

plinam per sermones meos: et proderit vobis.

VII

Am quidē et ego mortalis homo similis omnibus: et ex genere terreno illi? quod prior factus est et in ventre matris figuratus sum caro decē mensium tempore coagulatus sum in sanguine. ex semine hominis et delectamento somni veniēte. Et ego natus accepi comunē aerē. et in filio facta decidi terram: et primā vocē similem omnibus emisit ploras. In involuntatis nutritus sum et magnis curis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. Unus ergo introitus est omnibus ad vitam et similis exitus. Propter hoc optavi et datus est mihi sensus. et inuocaui et venit in me spiritus sapientie. Et proposui illam regnis et seculis: et diuitias nihil esse dixi in comparatione illius. Nec comparavi illi lapidem preciosum. quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua. et tantum quantum lucrum estimabit argentum in conspectu illius. Super salutem et speciem dilexi illam et proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius. Generavit autem mihi omnia bona pariter cum illa. et innumerabilis honestas per manus illius. et letatus sum in omnibus. quoniam ante cedebat me ista sapientia. et ignorabam quoniam bonorum omnium mater est. Quam sine fictione didici: et sine invidia comunico et honestate illius non abscondo. Insuper nitus enim thesaurus est hominibus. quo qui usi sunt: principes facti sunt amici dei: propter discipline dona commendati. Mihi autem dedit deus dicere ex sententia et presumere digna horum quae mihi dantur: quoniam ipse sapientie dux est. et sapientium emendator. In manu enim illius et nos et sermones nostri. et omnis sapientia et operum scientie disciplina. Ipse enim dedit mihi horum quae sunt scientiam veram ut sciam dispositionem orbis terrarum et virtutes elementorum: initium et consummationem et medietatem temporum. vicissitudinum permutationes. et consummationes temporum. et morum mutationes. diuisio-

nes temporum. anni cursus. et stellarum dispositiones. naturas animalium. et iras bestiarum. vim ventorum. et cogitationes hominum. differentias virgultorum. et virtutes radicum. et quaecumque sunt abscondita et improuisa dici. Dim enim artifex docuit me sapientia. Est enim in illa spiritus intelligentie sanctus. vnicus multiplex. subtilis. discretus. mobilis. incoinquinatus. certus. suavis. ammans bonum. acutus. qui nihil verat bonum facere. humanus. benignus. stabilis. certus. securus. omnem habens virtutem. omnia prospiciens. et quae capiat omnes spiritus intelligibiles: mundus. subtilis. Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia. Attingit autem vbique propter suam mundiciam. Clapores enim virtutis dei. et emanatio quedam est claritatis omnipotentis dei sinter. et ideo nihil iniquitatum in ea incurrit. Landores enim lucis eterne et speculum sine macula dei maiestatis. et imago bonitatis illius. Et cum sit vna: omnia potest. et in se permanens. omnia innouat. et per nationes in aethera sanctas se transfert. Amicus dei et prophetas constituit. Meminem enim diligit deus: nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Est enim haec speciosior sole. et super omnem dispositionem stellarum. luci comparata inuenit prior. Illi succedit nox sapientiae autem non vincit malicia.

VIII

Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter. et disponit omnia suaviter. Hanc amavi et exquisiui eam a iuuentute mea. et quasi siui spontaneam mihi eam assumere: et amator factus sum forme illius. Generositatem illius glorificat contubernium habens dei: sed et omnium dominus dilexit illam. Doctrinae enim est discipline dei et electrix operum illius. Et si diuitie appetunt in vita: quid sapientia locupletius quae operatur omnia. Si autem sensus operatur. quis horum quae sunt magis quam illa est artifex. Et si iusticia quis diligit: labores huius magnas habent virtutes. Sobrietatem enim et prudentiam docet. et iusticiam et virtutes quibus utilius nihil est in vita hominibus. Et si multitudinem scientie

desiderat quis: scit preterita et de futu-
ris estimat. scit perlucias sermonūz dis-
solutōes argumentoz. signa 7 mōstra
scit anteq̄ fiat: et euent⁹ ipmz seculoz
Proposui ergo hāc adducere mihi ad
cōuiuandū. loens qm̄ mecu cōmunicā-
bit de bonis. 7 erit allocutio cogitatōis
et tedij mei. Habelo ppter hanc clarita-
tem ad turbas. 7 honozē apud seniores
Iuuenis 7 acutus inueniat in iudicio
et in cōspectu potentū ā mirabilis ero.
et facies principū mirabunt me. Tacē-
tem me susinebūt: loquentē me respi-
cient. et sermocināte me plura: manus
ori suo imponēt. Preterea habeo per
hāc immortalitātē. et memoriā eternā
his q̄ post me futuri sunt relinqūā. Di-
sponā p̄pos 7 nationes mihi erūt sub-
dite. Timebūt me audiētes reges hor-
rendi. et in multitudine videloz bonus
7 in bello fortis. Intras in domū meā
quiescā cū illa. Nō enī habet amaritu-
dinē cōuersatio illius: nec tedij conui-
ctus illius: sed leticiā 7 gaudiū. Nec co-
gitās apud me 7 cōmemorās in corde
meo: qm̄ immortalis est in cogitatōne
sapia. et in amicitia illius delectatio bo-
na. et in opibz manūū illius honestas si-
ne defectōe. 7 in certamine leq̄le illius
sapientia. et p̄claritas in cōmunicatōne
sermonū ipsius: arcumibā querens. vt
mihi illā assumerē. Puer aut̄ erā inge-
niosus 7 fortis? sum aiaz bonā. Et cū ef-
sem magis bon⁹: veni ad corp⁹ incomq̄-
natū. Et vt sciuī qm̄ aliter nō possem
esse cōtinēs nisi de⁹ det. et hoc ipm̄ erat
summa sapia. scire cui⁹ esset hoc donuz
adij dñm 7 deprecatus sum illū 7 dixi ex
totis p̄cordijs meis.

IX

Eus patrū meoz 7 dñe mie q̄
d fecisti oīa verbo tuo. et sapientia
tua cōstituisi hoīem. vt dñare
tur creature q̄ a te facta est. vt disponat
orbem terrarū in equitate et iusticia. et
in directōne cordis iudiciū iudicet: da
mihi sedij tuarū assiricē sapiāz. et no-
li me reprobare a pueris tuis qm̄ seru⁹
tū sum egoz fili⁹ ancille tue: hō in fir-

mus et exigui t̄pis. et minor ad intelle-
ctum iudicij 7 legū. Et si q̄s erit p̄sum-
matus inter filios hoīm si abfuerit ab
illo sapia tua: in nihilū cōputabit. Tu
aut̄ elegisti me regē p̄plo tuo: et iudices
filioz tuoz 7 filiarū. Et dixisti me edifi-
care templū in mōte sancto tuo. 7 in ci-
uitate habitatōis tue altare similitudi-
nē tabernaculi sancti tui: qd̄ p̄parasti
ab initio. 7 tecū sapientia tua q̄ nouit o-
pera tua: q̄ et affuit tūc cū orbē terrarū
faceres: et sciebat qd̄ esset placituz ocu-
lis tuis. et quid directū in p̄ceptis tuis
Ditte illam de celis sanctis tuis: 7 a se-
de magnitudinis tue. vt mecu sit 7 me
cum laboret vt scia quid acceptū sit a-
pud te. Scit enī illa omnia 7 intelligit
et deducet me in operibus meis sobrie
et custodiet me in sua potētia. Et erūt
accepta opa mea. et disponā populū tu-
um iuste. et ero dignus sedium patris
mei. Quis enī hoīm poterit scire cōsili-
um dei? Aut q̄s poterit cogitare qd̄ ve-
lit deus? Cogitatōes enī mortalū ti-
mide. et incerte prudentie nosire. Cor-
pus enī quod corrumpit̄ aggrauat ani-
mam. et terrena inhabitatio deprimat
sensum multa cogitantem. Et difficile
estimamus que in terra sunt. et q̄ in p̄-
spectu sunt inuenimus cū labore. Que
in celis sunt aut̄: q̄s inuestigabit. Sen-
sum aut̄ tuū quis sciet nisi tu cederis
sapientiaz miseris spiritum sanctū tu-
um de altissimis. 7 si correcte sint semi-
te eoz qui sunt in terris. et que tibi pla-
cent didicerint hoīes. Nā per sapientia
sanati sunt quicūq̄ placuerint tibi do-
mine a principio.

X

Et illū qui primus formatus
h est a deo pater orbis terraz. cū
solus esset creatus custodivit.
et eduxit illū a delicto suo. Et eduxit il-
lum de limo terre. et dedit illi virtutes
cōtinendi omnia. Ab hac vt recessit in
iustus in ira sua: p̄ irā homicidij frater-
nitas deperijt. P̄opter quod cū aqua
deleret terrā sanauit iterum sapientia:
per cōtemptibile lignū iustū gubernās

Sapientia

Dec et in cōsensu superbie cū se natio-
nes extulissent scuit iustum. et cōser-
uauit sine querela deo. et in filijs mise-
ricordiā fortem custodit. Dec iustum a
pereuntibz impijs liberauit fugientes;
descendēte igne in pentapolim: quibz i
testimoniū nequitie fumigabunda cō-
stat deserta terra. et in certo tpe fructus
habētes arbores. et incredibilis aie me-
moriam stans figmentū salis. Sapientia
enī ptereuntes nō tū in hoc lapsi sunt
vt ignoraret bona: sed et in sapiētie sue
requirit hōibz memoriā: vt in his que
peccauerūt: nec latere potuissent. Sa-
piētia autē hos q se obseruat a doloribz
liberabit. Dec autē pfugū ire fratris ius-
tum deduxit p vias rectas. et oñdit il-
li regnū dei. et dedit illi sciam sanctorū.
Honestauit illū in laboribz: et cōpleuit
labores illi. In fraude circūuentiū
illū affuit illi: et honestū fecit illū. Lu-
stodiuit illū ab inimicis et a seductori-
bus tutauit illū. Et certamē forte de-
dit illi vt vinceret et sciret. qm̄ oīm po-
tentior est sapia. Dec venditū iustū nō
derelinq̄t sed a peccatoribz liberauit eū.
descenditq̄ cū illo in foueā et in vinculis
nō derelinq̄t illū. donec afferret illi sce-
perū regni. et potentiā aduersus eos q
eū deprimebāt. et mendaces oñdit qui
maculauerūt illū: et dedit illi claritates
eternā. Dec populū iustum et semē si-
ne querela liberauit a nationibus que
illum deprimebant. Intrauit in aiām
serui dei. et stetit cōtra reges horēdos
in portētis et signis. Et reddidit iustis
mercedē laborū suoz et deduxit illos in
via mirabili. et fuit illis in velamento
diei. et in luce stellarū p noctē. Et tran-
tulit illos p mare rubrū et transiuit il-
los p aquā nimā. Inimicos autē illoz
demersit in mare. et ab altitudine infe-
rozū eduxit illos. Ideo iusti tulerūt spo-
lia impioz. et decantauerūt dñe nomē
sanctum tuū. et victricem manū tuaz
laudauerūt pariter. Quoniā sapientia
aperuit os mutoz. et linguas infantū
fecit disertas.

XI

Iterit opa eoz i manibz pph-
te sancti. Iter fecerūt p deser-
ta q nō habitant et i locis deser-
tis fecerūt casas. Creterūt ptra hostes
et de inimicis se vindicauerūt. Siti-
erūt et inuocauerūt te. et data est illis aq̄
de petra altissima et req̄es sitis de lapi-
de duro. Per q enī penas passi sūt imi-
mici illoz. a defectōne potus sui. in eis cū
abundarent filij israel letati sunt. Per
hec cū illis deessent bene cū illis acum
est. Nā p fonte quidē sempiterni flumi-
nis humanū sanguinē dedisti iniustus
Qui cum minuerent in tractatōe in-
fantium occisorū. dedisti illis abundā-
tem aquā inspirate: ostendēs p sitim q
tunc fuit. quemadmodū tuos exalta-
res et aduersarios illoz necares. Cum
enim tentati sunt et quidē cum mule-
ricordia disciplinā accipiētes scierunt.
quemadmodū cum ira iudicati impij
tormenta paterent. Hos quidē tanq̄
pater monēs pbasti: illos autē tanq̄ du-
rus rex interrogās cōdemnasti. Absen-
tes enī pntes similiter torquebantur.
Duplex enī illos accepit tediū. et gemi-
tus cū memoria preteritorū. Cum enī
audirēt p sua tormēta bene secū agi. cō-
memorati sunt dñm: admirātes in fi-
nem exitus. Quē enim in expositione
paua plectū deriserūt: in finē euentus
mirati sunt. Nō sūt iustis faciēs: p co-
gitatōibz autē insensatis iniquitates il-
lozū. Qd quidē errantes colebāt mu-
tos serpentes et bestias supuacuas: im-
misisti illis multitudinē mutoz aialū
in vindictā: vt scirēt qz p que peccat qz
per hec et torquef. Nō enī impossibilis
erat omnipotēs manus tua que crea-
uit orbem terraz ex materia inuisa. im-
mittere illis multitudinē vrsorz aut au-
daces leones. aut noui generis ira ple-
nas et ignotas bestias. aut vaporē igne
um spirātes. aut fumi odorē pferentes
aut horēdas ab oculis scintillas emie-
tentes: quarū nō solū lesura poterat il-
los exterminare. sed et aspectus p timo-
rē occidere. Nā et sine his vno spiritu

nn ij

poterant occidi p̄secutionē passi ab ip̄is factis suis. et disp̄si p̄ spiritū virtutis tue: sed oīa in mēiura ⁊ numero ⁊ pondere disposuisti. Multū enī valere tibi soli superat semp̄ et virtuti brachij tui q̄s resistet: Quā tanq̄ momentū hāere. sic est ante te orbis terrarū et tanq̄ gutta rosis antelucani qui descendit in terrā. Et misereris oīm. q̄ oīa potes. ⁊ dissimulas peccata hominū p̄ penitentiā. Diligis enī omnia que sunt et nihil eorū odisti que fecisti: nec enī odens aliquid cōsumisti: aut fecisti. Quō aut̄ posset aliqd̄ p̄manere nisi tu voluisses. aut qd̄ a te vocatū nō esset: cōseruaretur. Parcis aut̄ oīb: qm̄ tua sunt domine. qui amas aīas.

XI

Q̄ bonus ⁊ suavis est dñe spiritus tuus in oīb. Ideoq̄ hos q̄ exerrāt p̄ib: corripis et de q̄bus peccat ammonēs: ⁊ alloqr̄is vt relicta malicia credāt in te dñe. Illos enī antiq̄s inhabitatores terre sancte tue quos exhoruisti: qm̄ odibilia opa tibi faciebant p̄ medicamine ⁊ sacrificia iniusta: et filioꝝ suoꝝ necatores sine misericordia. et comestores visterū hoim̄ et deuoratores sanguinis. et auctores parētes aīaz inauuliatariū p̄dere voluisti a medio sacramēto tuo. p̄ man' parētū n̄oꝝ: vt dignā p̄ciperet p̄grinationē p̄ueroꝝ dei: q̄ tibi oīm charior est terra. Sed et his tanq̄ hoib: peccisti. et misisti antecessores exercitus tui respas: vt illos paulatim exterminarent. Nō q̄ impotes eras in bello subijcere impios iustis: aut bestijs seuis. aut verbo duro simul exterminare. sed p̄tib: iudicās dabas locū penitētie. nō ignorans qm̄ nequā est natio eorū. et naturalis malicia ip̄oꝝ ⁊ qm̄ nō poterat mutari cogitatio illoꝝ in p̄petuū. Semen enī erat maledictū ab initio. Nec timēs aliquem veniā dabas peccatis illoꝝ. Quis enim dicet tibi: quid fecisti. Aut quis stabit p̄tra iudiciū tuū? Aut quis in cōspectu tuo veniet p̄index iniquoꝝ hominum? Aut quis tibi imputabit si

